Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



72

Pulcherrime sane lucas genealogiam xpi dicturus ipsum patrem p̄misit loquentem, tues filius meus dilectus, ut eundem uerum di filium diuina adtestatione quem uerum hominis filium humane successionis ordine conprobaret.

Qui fuit heli qui fuit mathat qui fuit leui. ceterra.

Merito mouet quomodo ioseph duos patres ex diuersa parte peuenientes. unum quem lucas, alterum quem matheus commemorat habere potuerit. Dicit enim matheus: mathan genuit iacob. iacob autem genuit ioseph uirum mariae. sed huius mundi questionis africanus de deconsonantia euangeliorum scribens aptissime solut. mathan inquit et matha diuersis temporib: de una eademq: uxore estha nomine singulos filios pereat. quia mathan quip salomonem descendit uxorem eam primam accepit et relicto uno filio iacob nomine defunctus est. post cuius obitum quum lex uiduam alterum non uetat nubere. mathat quip nathan genus ducit cum eet ex eadem tribu. sed non ex eodem genere relictam mathe accepit uxorem ex qua et ipse accepit filium nomine heli. p qd ex diuersa patrum genere efficiuntur iacob et heli uterini fratres. quorum alter id est iacob fratris heli sine liberis defuncti uxorem et mandato legis accipiens genuit ioseph. natura quidem germinis suum filium p pt qd et scribitur. iocob autem genuit ioseph secundum legis uero p̄ceptum heli efficitur filius, cuius iacob quia fratrem erat uxorem ad suscitandum fratri semen accepit et hoc recta inuenitur atq: integre generatio et ea quam matheus enumerat dicens. Iacob autem genuit ioseph et ea quam lucas conpetenti obseruatione designat dicens. qui putabatur. est filius ioseph. qui fuit heli. qui et ipse subsonante eadem distinctione heli. est filius putabatur, qui fuerit mathat qui a legalem hanc successionem quaeuelud adoptione quadam ex gratia defuncta constat magis quam germinis ueritate in conpetenti satis hoc designaut in dicto obseruans euangelista neomnino in huiuscemodi successionib: genuisse aliquem nominare p qd digna distinctione non discendens. sed ascendens usq: ad adam et ad ipsum usq: peuenit dm. haec autem non nobis ad subtilem repetita uel absq: ullis auctorib: commentata sunt. sed ipsi haec saluatoris nri secundum carnem propinqui seu studio tantum seminis demonstrandi seu docendi quae secundum ueritatem gesta sunt tradiderunt, haec africanus his ipsis syllabis p fest excepto qd p mathat posuit melchi qui fortasse uel codex illius si habuit uel in historia in qua haec didicerat eundem mathat inuenit. est hironimus quia ergo matheus regalem lucas sacerdotalem dni personam suscipere taxandam. Unde et in quadriga cherubin hunc leo fortissimus bestiarum. illum uitulus sacerdotum uidelicet hostia designat. Eandem uterq: suo peris intentionem in genealogia quoq: saluatoris texenda seruauit. Acutenam q: animaduertisse est matheum quia regiam xpo instituerat insinuat p̄sonam excepto ipso xpo quadraginta hominem ingenerationum seriae nominasse. Numerus autem iste illud tempus significat qd in hoc saeculo et in hac terrae regno sopo post et a xpo secundum disciplinam laboriosam qua flagellat ds sicut scriptum est. Omne filium quem recipit. Neq: enim quadraginta duae qd faciunt ter quaterni et deni. sed